

haceis del Evangelio? ¿No oís esa voz secreta del Mártir que os dice interiormente: á qué habeis venido aquí? ¿Os atreveis á ofrecer una fe vana y supersticiosa al pié de estos huesos? Ellos están inanimados, ellos no tienen virtud alguna para vosotros, ni tienen otro sentimiento que el de aborreceros. Idos léjos de este lugar donde solo la fe debe entrar. Si buscáis cenizas, honrad las de los grandes pecadores á quienes imitais, honrad esos horrorosos cadáveres que la ambicion, la impureza, la venganza y la avaricia han agitado durante su vida, y que son vuestros modelos. Id en busca de esos cuerpos desventurados, destinados al estanque de azufre y de fuego cuyo ardor durará por los siglos de los siglos; id y recoged hasta las últimas centellas de una llama impura en que vuestro corazon desea abrasarse; id á la huesa de los pecadores, donde los vicios que penetraron hasta la medula de sus huesos duermen con ellos; mas dejad descansar en paz, entre los votos de los fieles y de las almas santas, las cenizas del que solo murió en los tormentos por no vivir como vivís vosotros.

38. Ó Vos, que nos escuchais desde lo alto de ese trono donde estais sentado con Jesucristo, Mártir venturoso, Vos nos amaréis en adelante, y aun ya nos habeis amado, pues que no habeis desdeñado confiarnos este precioso depósito. Nosotros os conjuramos por vuestras cadenas, por vuestros tormentos, por vuestra muerte, y, en fin, por vuestras cenizas aquí presentes, que pidais á Dios que resucite nuestra fe; digo que la resucite, porque está muerta y todo se extingue en nosotros para la vida cristiana. Estas cenizas serán para nosotros un tesoro de alegría; de ella nacerá, por la gracia de Jesucristo, un espíritu de martirio que nos endurecerá contra nosotros mismos, contra el mundo tirano, y contra todos los dardos inflamados de Satanás. De este modo, ó hombre de Dios, por quien se hace sentir la virtud del Evangelio, nosotros participaremos de vuestra victoria y de vuestra corona en el reino del Cordero vencedor. Así sea.

## ASUNTOS

### SOBRE LOS SANTOS MÁRTIRES EN GENERAL.

I. Para enaltecer la fortaleza de los santos Mártires que padecieron por Jesucristo mediante la gracia que les fue infundida por

el Espíritu Santo, pueden considerarse: 1.º en el acto de sufrir los males temporales; 2.º en su tolerancia en los tormentos; 3.º en desordenar á sus enemigos. — Se muestran esforzados: 1.º en ser conducidos á los tribunales sin demostrar ningun temor; 2.º al entrar en los calabozos sin horrorizarse; 3.º en sufrir la pérdida de todos sus bienes y haberes, de su honra y libertad, sin dolor alguno.

Los cristianos sobrepujaron infinitamente en fortaleza á los filósofos paganos: 1.º en la justicia de sus padecimientos; 2.º en constancia; 3.º en el resignado sufrimiento de multiformes suplicios. En sus victorias, finalmente, se mostraron esforzadísimos: 1.º porque vencieron, desordenaron y destruyeron á la idolatría; 2.º porque defendieron á la religion católica, y 3.º porque alcanzaron y ganaron despojos sobre sus mismos enemigos.

II. Los Mártires son inmolados como víctimas sagradas por los tiranos, por Dios y por sí mismos. Por eso son hostias: 1.º de la crueldad; 2.º de la piedad; 3.º de la caridad. — Como hostias de la crueldad, se consideran: 1.º despojados de todos los bienes de fortuna; 2.º condenados á la ignominia; 3.º inmolados cruelmente. — Como hostias de la piedad, quiso Dios que fuesen inmolados los santos Mártires á fin de que con su muerte: 1.º glorificasen al Señor; 2.º venciesen y humillasen al demonio; 3.º se adquiriesen la vida eterna. — Finalmente, al inmolarse por sí mismos como víctimas de caridad: 1.º atestiguaban la verdad y divinidad de Jesucristo; 2.º le demostraban su amor; 3.º hacian pomposa muestra de su liberalidad.

III. ¿Cuántos y cuáles son los premios y recompensas reservadas á los Mártires? Á cuantos males sufrieron y resistieron los Mártires, otros tantos bienes les contrapone Dios en premio, puesto que si: 1.º fueron despojados de cuantos bienes y fortunas poseyeron, Dios los colmó abundantamente de los tesoros de su gracia; 2.º si fueron expuestos á la ignominia y vergüenza pública, Dios los elevó á honores inmarcesibles; 3.º si fueron condenados á muerte, alcanzaron de Dios la inmortalidad. — Dichosos aquellos que sufren persecuciones y despojos por Jesucristo, porque el martirio: 1.º lava todas las manchas de los pecados; 2.º condona todas las penas debidas á los pecados; 3.º adquiere los bienes de la gracia y de la gloria. — Los Mártires triunfaron de la muerte, porque por la muerte temporal que sufrieron consiguieron una inmortalidad triplicada: 1.º en la beatificacion del alma; 2.º en la glorificacion de la carne; 3.º en la celebracion de su fama. — Todo lo que en poder y

manos de los tiranos sirviera para deshonorar á los Mártires, en las manos de Dios sirve para honrarlos. Aquellos: 1.º los condenaron á ignominiosa muerte; 2.º los atormentaron con suplicios é infames instrumentos; 3.º negaron la sepultura á sus cuerpos; y Dios en cambio: 1.º hace honrar á sus Mártires; 2.º hace que sean honrados tambien los instrumentos de los suplicios, y 3.º hace venerar sus reliquias.

*Sentencias de la sagrada Escritura.*

Mihi absit gloriari, nisi in cruce Domini nostri Jesu Christi. (*Galat. vi*).

Qui vult venire post me, tollat crucem suam, et sequatur me. (*Matth. xxvi*).

Spectaculum facti sumus mundo, et Angelis, et hominibus. (*I Cor. iv*).

Ibant gaudentes à conspectu concilii, quoniam digni habiti sunt pro nomine Jesu contumeliam pati. (*Act. iii*).

Qui Christi sunt, carnem suam crucifixerunt cum vitiis et concupiscentiis. (*Galat. v*).

Semper mortificationem Jesu in corpore nostro circumferentes, ut et vita Jesu manifestetur in corporibus nostris. (*II Cor. iv*).

Obsecro vos, fratres, ut exhibeatis corpora vestra hostiam viventem, sanctam, Deo placentem. (*Rom. xii*).

Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum, ut sequamini vestigia ejus. (*I Petr. ii*).

Paratum cor meum, Deus, paratum cor meum. (*Psal. lvi*).

Adimpleo ea, quæ desunt passionum Christi, in carne mea. (*Colos. i*).

Tribulatio patientiam operatur, patientia probationem, probatio vero spem: spes autem non confundit. (*Rom. v*).

Posuisti, Domine, super caput ejus coronam de lapide pretioso. (*Psal. xl*).

Beati qui persecutionem patiuntur propter justitiam. (*Matth. v*).

Ecce Agnus stabat super montem Sion, et cum eo centum quadraginta quatuor millia. (*Apoc. xiv*).

Nolite timere eos, qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere. (*Matth. x*).

Qui perdiderit animam suam propter me, inveniet eam. (*Ibid. xx*).

Qui amat animam suam, perdet eam, et qui odit animam suam in hoc mundo, in vitam æternam custodit eam. (*Joan. xii*).

Æstimati sumus sicut oves occisionis, sed in his omnibus superamus propter eum, qui dilexit nos. (*Rom. viii*).

Quis nos separabit à charitate Christi? tribulatio, an angustia, etc.? (*Ibid.*).

Nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, ipsum solum manet; si autem mortuum fuerit, multum fructum affert. (*Joan. xii*).

Fidelis Deus, qui non patietur tentari vos supra id quod potestis. (*I Cor. x*).

Quod in præsentí momentaneum est et leve tribulationis nostræ, supra modum in sublimitate, æternum gloriæ pondus operatur in nobis. (*II Cor. iv*).

Sancti per fidem vicerunt regna, adepti sunt repromissiones. (*Hebr. xi*).

Certamen forte dedit illi, ut vinceret. (*Sap. x*).

Etsi coram hominibus tormenta passi sunt, spes illorum immortalitate plena est. (*Ibid. iii*).

Beatus vir qui suffert tentationem, quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronam vitæ. (*Jacob. i*).

Regnum cælorum vim patitur, et violenti rapiunt illud. (*Matth. xi*).

Per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum Dei. (*Act. xiv*).

Transierunt dolores, et in fine ostensus est illis thesaurus immortalitatis. (*IV Esdr. viii*).

Qui vicerit, dabo illi sedere mecum in throno meo. (*Apoc. iii*).

Non sunt condignæ passionibus... ad futuram gloriam, quæ revelabitur in nobis. (*Rom. viii*).

Non coronabitur, nisi qui legitime certaverit. (*Apoc. vii*).

Si quis mihi ministrat, me sequatur, et ubi ego sum, ibi et minister meus erit. Si quis mihi ministraverit, honorificabit eum Pater meus. (*Joan. xii*).

Quoniam servasti verbum patientiæ, et ego servabo te in hora tentationis, quæ ventura est in orbem. (*Apoc. i*).

Probatio vestræ fidei multo pretiosior auro, quod per ignem probatur. (*I Petr. i*).

Quoniam probavit eos, et invenit eos dignos se. (*Sap. iii*).

Curro non quasi in incertum, pugno non quasi aerem verberans, ut accipiam coronam incorruptam. (*I Cor. ix*).

Accipient regnum decoris, et diadema speciei de manu Domini. (*Sap. v*).

Iste formosus in stola sua, gradiens in multitudine fortitudinis suæ, et propugnator ad salvandum. (*Isai. LXIII*).

*Figuras de la sagrada Escritura.*

Comentando san Próspero el texto del Génesis: *Vide utrum tunica filii tui sit* (Genes. xxxvii, 32), lo aplica á los santos Mártires, escribiendo: *Quæ sunt vestimenta nostri Joseph, Christi, nisi sancti Martyres de quibus Isaias* (c. LXIII, 2): *quam rubicunda sunt vestimenta tua?* (De promiss. p. I, c. 27).

En la batalla de Gedeon, en la que segun el sagrado texto, los soldados *tenuerunt sinistris manibus lampades, et dextris sonantes tubas* (Judic. vii, 20), san Ruperto reconoce representadas las luchas de los santos Mártires cuando dice: *In tubis clamor prædicationis, in lampadibus claritas miraculorum, in lagenis designata est fragilitas corporum.* (De oper. Sp. lib. VI, c. 15).

Puede aplicarse á nuestro propósito tambien el pasaje del salmo xxii, 5: *Calix meus inebrians quam præclarus est.* En efecto, san Agustín escribió así, comentándolo: *Hoc calice inebriati sunt Martyres, quando ad passionem euntes, suos non agnoscebant. Quid tam ebrium, quam non videre uxorem flentem, non filios, non parentes?*

*Calicem salutaris accipiam.* (Psalm. cxv, 13). Tambien este texto se adapta admirablemente á nuestro argumento cuando se reflexiona atentamente lo que dice Casiodoro: *Pulcherrime ac breviter definita est Martyrum mors, calix salutaris. Calix, quia sub mensura bibitur; salutaris, quia in æternam salutem, Domino præstante, propinatur.*

El profeta Nahum, hablando de los soldados caldeos, los cuales, á pesar de ser nobles, vestían clámides purpúreos, escribe: *Viri exercitus in coccineis* (c. ii, 3); y en estos el comentador Alápide entreve figurados á nuestros Mártires: *Coccinei milites Christi sunt Martyres, qui sanguine suo purpurantur.*

El valor demostrado por los siete hermanos Macabeos, cuando protestaron: *Parati sumus mori magis, quam patrias Dei leges prævaricari* (II Mach. vii), es un símbolo, una débil imágen de aquel con el cual se presentaban ante los tiranos y los verdugos los esforzados campeones de la fe cristiana.

*Sentencias de los santos Padres.*

O beatam Ecclesiam nostram! quam sic honor divinæ dignationis illuminat: quam temporibus nostris gloriosus Martyrum sanguis illustrat. Erat ante in operibus fratrum candida; nunc facta est in

Martyrum cruore purpurea. Floribus ejus nec lilia, nec rosæ desunt. (*S. Cypr. ep. IX*).

Martyres dicuntur consanguinei Christi, quia sanguinem Christi miscuerunt cum sanguine suo. (*S. Vinc. Fer. serm. II Dom. XX, p. Pent.*).

Quasi semine sanguinis impleta est Martyribus terra, et de illo semine seges surrexit Ecclesiæ. (*S. Aug. serm. XXXIX de div.*).

Triumphus Dei est passio Martyrum, pro Christi nomine cruoris effusio, et inter tormenta lætitia. (*S. Hier. ep. CL*).

Non ita syderum exornatum choro cælum illustre est, ac splendido vulnerum choro Martyrum corpora exornantur. (*S. Joan. Chrys. de laud omni. Ss. Mart.*).

Martyres et Angeli nomine tantum distincti sunt, factis autem junguntur. (*Id. ibid.*).

Non minuitur persecutionibus Ecclesia, sed augetur; et semper dominicus ager segete ditiori vestitur. (*S. Leo Magn. serm. I de Ss. Petr. et Paul.*).

Martyres hujus fidei testes fuerunt, huic fidei testimonium perhibentes mundum inimicissimum et crudelissimum pertulerunt; eumque non repugnando, sed moriendo vicerunt. (*S. Aug. de Civit. lib. XXII, c. 9*).

Terreantur licet Martyres, rident; feriuntur, et gaudent: occiduntur, et ecce triumphant. Quare? quia morte charitatis intus in corde jamdudum mortui peccatis, mortui mundo tamquam insensibiles facti, nec minas, nec tormenta, nec mortem sentire poterunt. Quid mirum? mortui erant. (*S. Bern. tract. de pass. Dom. in illud: Ego sum vitis, c. III*).

Abel ideo martyr, quia justus, quia patiens; à quo pati Martyres didicerunt. (*S. Zeno, lib. de pat.*).

Totum mundum, fratres, aspice, Martyribus plenus est. Jam pene tot, qui videamus, non sumus, quot veritatis testes habemus. (*S. Greg. hom. XXVII in Evang.*).

Quod si tantus ostenditur, et probatur christianorum Martyrum populus; nemo difficile, vel arduum putet, se martyrem fieri quando videt Martyrum populum non posse numerari. (*S. Cypr. exhort. ad Mm.*).

Unus dies passionis Martyrum si computetur, millia hominum inveniuntur coronatorum. (*S. Aug. serm. V de div.*).

Quis cæli stellas enumeret, ac diffusam ad maris littus arenam, tot sunt Martyres per orbem. (*B. Theodor. Stud. serm. X de Ss. Mm.*).

Sunt Dei Martyres nostri præsules, speculatores vitæ, actuum-que nostrorum. (*S. Ambr. l. de vit.*).

Qui propter justitiam persecutionem patiuntur, hi Martyres veri sunt. (*S. Aug. ep. X ad Bonif.*).

Martyrem non facit pœna, sed causa. (*Id. serm. XI de Ss., et Tert. lib. IV de Bapt. c. 17.*).

Erunt Martyres veri, si pro veritate, quæ Christus est, certent, ut legitime coronentur. (*Id. serm. I de decoll. S. Joan.*).

Non martyrium sola effusio sanguinis consummat, nec sola dat palmam exustio illa flammæ: pervenitur non solum casu, sed etiam contemptu ad carnis coronam. Carnem afflixisse, libidinem superasse, avaritiæ restitisse, de mundo triumphasse, pars magna martyrii est. (*Id. serm. XLVI de Ss.*).

Cruciate, torquete, dammate, atterite nos; probatio etenim innocentiae nostræ iniquitas vestra. (*Tert. Apol. XLVIII.*).

A primordio justitia vim patitur. Statim ut coli Deus cœpit, invidiam religio sortita est; qui Deo placuerat, occiditur, et quidem à fratre. (*Id. Scorp. VIII.*).

Tota vita christiani hominis, si secundum Evangelium vivat, crux est, atque martyrium. (*S. Aug. serm. XXXII de Ss.*).

O martyrium et sine passione perfectum! (*Tert. Scorp. VIII.*).

Est et illa mors sanctorum Martyrum valida, cujus non impar est charitas, quæ adæquatur Martyrum passioni. (*S. Ambr. in Cant. VIII.*).

Verus amor, non nisi passionibus probatur. (*S. Petr. Chrys. serm. XVI.*).

Tota illorum fortitudo ad eum, qui in Sanctis suis est mirabilis, referenda est: quia nisi in illis Dominus esset, furori impiorum fragilitas humana succumberet. (*S. Aug. lib. de ver. innoc. c. 33.*).

Deum timendo hominem non timuerunt. (*Id. in Psalm. LVIII.*).

Nisi adesset sensus dolorum, nihil haberet admirabile martyrium; sed superare dolorem, corona dignum est. (*S. Cypr. de dupl. mart.*).

Horrere mortem, natura est; vincere naturam animi fortitudine, gratiæ est. (*Id. ibid.*).

Si quis patitur ut christianus, ne erubescat; glorificet autem Dominum in isto nomine. (*Tert. Scorp. XII.*).

Innoxios, justos, Deo charos domo privas, patrimonio spoliis, catenis premis, carcere includis, gladio, bestiis, ignibus punis. (*S. Cypr. adv. Dem.*).

Stat martyr tripudians, et triumphans toto licet lacero corpore,

et rimante latera ferro, non modo fortiter, sed et alacriter sacrum è carne sua circumspicit ebullire cruorem. (*S. Bern. serm. LXI in Cant.*).

Steterunt torti torquentibus fortiores; et pulsantes, ac laniata unguis pulsata, ac laniata membra vicerunt. (*S. Cypr. lib. II, ep. VI ad Mm.*).

Impossibile est ejus æstimare virtutem, cujus unius vinci victoria est: ac si dejectio prostrati occasio fieret triumphi; dabat enim quodammodo infirmitas fortitudinem, lapsus palmam, ruina victoriam. (*S. Zeno, serm. de pat.*).

Foris cedit, intus triumphat: quem cruciat manifesta pœna, pascit docta victoria. (*S. Euseb. Emiss. hom. 4 de Epiph.*).

Vita christiana quæ in Baptismo incipit, vita militaris est. (*S. Hier. ep. ad Heliod.*).

Quinam illi tam beati victores, nisi proprie Martyres? Illorum enim victoriæ, quorum et pugnæ, eorum vero pugnæ, quorum et sanguis. (*Tert. Apol. XLVIII.*).

Sic ita ad Deum expansos unguis fodiant, cruces suspendant, ignes lambiant, gladii guttura detruncent, bestiae insiliant: paratus est ad omne supplicium ipse habitus orantis christiani. (*Id. ibid. XXX.*).

Nemo voluisset occidi, nisi compos veritatis. (*Idem, Scorp. V.*).

Nisi verum esset Evangelium, sanguine numquam defenderetur. (*S. Hier. ep. CL.*).

Occisi sunt Martyres ad multiplicandam Ecclesiam. Valuit sanctus sanguis effusus seminationi: accessit mors Martyrum, et multiplicati sunt magis, magisque christiani. (*S. Aug. præf. in Psalm. XL.*).

Quid factum est de tot mortibus Martyrum, nisi ut verba Dei prævalerent, et tanquam irrigata terra sanguine testium Christi pullaret ubique seges Ecclesiæ? (*Id. ibid.*).

In tribulationibus fundatur Ecclesia, in tempestatibus et procellis, in sollicitudinibus et mœrore, in rebus adversis, et in fluminibus præparatur. (*S. Ambr. in Psalm. xxiii.*).

Miles triumphalibus de hoste spoliis onustus, vulneribus suis gaudet. (*S. Cypr. de laud. et exhort. ad Mm.*).

Nemo explicat verbis Martyrum dignitates. (*S. Aug. serm. VI de Martyrib.*).

Pretiosa mors, quæ emit immortalitatem pretio sui sanguinis, quæ accepit coronam de consummatione virtutis. (*S. Cypr. ep. IX.*).

Quanta mala passi sunt Martyres, quanta exitia, quanta tormenta! Squalorem carcerum, stricturam catenarum, sævitiam fera-

rum, ardores flammaram, aculeos contumeliarum : ista omnia passi sunt propter sempiternam felicitatem. (*S. Aug. in Psalm. cxxv.*)

Non eos mundus illexit, non eos terror fregit, non tormenta vicerunt, non blanditiæ deceperunt. (*Id. serm. VI de Mart.*)

Quando celebratis natalitia Martyrum, imitemini Martyres. (*Id. serm. XLIV de div.*)

Ab initio sæculorum Christus in omnibus suis patitur : ipse est initium, et finis, qui in lege velatur in Evangelio revelatur, mirabilis semper, et patiens, et triumphans in Sanctis suis Dominus. In Abel occisus à fratre, in Noe irrisus à filio, in Abraham peregrinatus, in Isaac oblatum, in Jacob famulatus, in Joseph venditus, in Moyse expositus et fugatus, in Prophetis lapidatus et sectus, in Apos-tolis terra marique jactatus, et multis ac variis beatorum Martyrum cruciatibus frequenter occisus. (*S. Paulin. ep. ad Aprum.*)

In tormentis patientes, in confessione fideles, in sermone veraces. (*S. Aug. in Psalm. xxxix.*)

Martyr cum patitur, non sibi solum patitur, sed omnibus : sibi enim patitur ad meritum, omnibus ad exemplum ; sibi patitur ad requiem, omnibus ad salutem : exemplo enim eorum didicimus Christo credere, didicimus contumeliis vitam :

quando Christus illis resurrexit, vivit, et regnat occisus? (*S. Petr. Chrys. serm. XL.*)

Quam lætus illic Christus fuit, quam libens in talibus servis suis et pugnavit, et vicit! (*S. Cypr. ep. V.*)

Ipse luctatur in nobis, ipse congreditur, ipse in certamine agonis nostri et coronat pariter, et coronatur. (*Id. ibid.*)

Qui fuerat auctor pugnae, factus est corona victoriae. (*S. Petr. Dam. serm. de Alexio.*)

O felix pro Christo et cum Christo pugna, in qua nec vulneratus, nec prostratus, nec conculcatus, nec miles occisus fraudabitur victoria! (*S. Bern.*)

O quam pulchrum spectaculum Deo, cum christianus cum dolore congreditur, cum adversus minas, et supplicia et tormenta componitur. (*Min. Felix in oct.*)

Morte Martyrum religio defenditur, cumulatur fides, Ecclesia roborata est. (*S. Ambr. lib. de fide resur.*)

Purpurata est universa terra sanguine Martyrum, floret cælum coronis Martyrum, ornatae sunt Ecclesiae memoriis Martyrum, insignita sunt tempora natalitiis Martyrum, crebescunt sanitates me-

Hoc baptismo (nempe martyrium) est in gratia majus, in potestate sublimius, in honore pretiosius. (*Id. exhort. ad Mm.*)

Non terrent Crucifixi hæredes mortis supplicia, sed pascunt et reficiunt maturata resurrectionis lætabunda solemnia. (*Id. ibid.*)

Fortitudinem gentilium mundana cupiditas, fortitudinem christianorum Dei charitas facit. (*Conc. Arausic. can. 17.*)

Non constat martyrium per meritum, sed per gratiam. (*S. Cypr. serm. CLII.*)

Martyres torti, tortoribus fortiores. (*Id. lib. II, ep. IV.*)

Martyres dum beatos vocamus, ex vulneribus beatificamus. (*S. Joan. Chrys.*)

Vicerunt persequentes, et victi sunt Martyres? absit, visi sunt sibi vicisse; passi, non victi. (*S. Aug. de Ss. Mart.*)

Semel vincit, qui statim patitur, et qui manens semper in pœnis concreditur cum dolore, nec vincitur, quotidie coronatur. (*S. Cypr. lib. II, ep. IV.*)

Tota vita martyrium reddit Deo, et nisi illa præcesserit, martyrium, quod sanguine perhibetur, non est martyrium. (*Id. lib. de dupl. mart.*)

Frustra cervicem præbueris carnifici, nisi prius occideris affectus. (*Id. ibid.*)

Martyr torquetur, nec movetur, et sua pœna armatur. (*Id.*)

Ornamenta sunt ista, non vincula, nec ad infamiam copulant, sed clarificant ad coronam. (*Id.*)

Uram illos, sicut uritur argentum, et probabo illos, sicut probatur aurum; cum enim exurimur persecutionis ardore, tunc probamur de fidei tenore. (*Tert. lib. de fug. in pers. 3.*)

Pati oportebat omnem Dei prædicatorem atque cultorem, qui ad idololatriam provocatus negasset obsequium secundum illius quoque rationis statum, qua et præsentibus tunc et posteris deinceps commendari veritatem oportebat, pro qua fidem diceret passio ipsorum defensorum ejus, quia nemo voluisset occidi, nisi compos veritatis. (*Id. Scorp. VIII.*)

Nec quicquam tamen proficit exquisitor vestra crudelitas (ô tyranni), illecebra est magis sectæ. Plures efficimur, quoties metimur à vobis; semen est sanguis christianorum. (*Id. Apolog. L.*)

Qui pati non timet, iste perfectus erit, in dilectione utique Dei. (*Id. lib. de fug. in pers. 14.*)

Non potest qui pati timet, ejus esse qui passus est. (*Id. ibid.*)

Dum Christi supplicia cogitat, frigidum est illi omne quod patitur. (*S. Aug. serm.*)

Non potest in visceribus ignium tormenta sentire, qui sensibus paradisi refrigeria possidebat. (*Id. ibid.*)

Totum frangit, qui mori non timet: totum superat, qui ad Christum moriendo festinat; non enim potest formidare pœnam, qui se scit à morte transiturum ad vitam. (*Id. serm. X de S. Laur.*)

Vincens in prælio gaudet, quia et gloriam consequitur et pœnam. (*Tert. Apolog. L.*)

Sicque verbera, gladius, et omnis officina sævitæ laudis titulos Martyribus non abstulit: quoniam non sunt in terra victi, sed ascendunt de cælo coronati. (*S. Aug. l. supra cit.*)

Quid mœror, quid dolor, quid pœna, quid mors, homines terretis? Vicit vos fides, superavit vos fortitudo. Non potestis timeri post mortem. Proexistis Martyres, non vicistis. Evanuit fides vestra, facta sunt de vobis luctativa commercia, ut per vos iretur ad gloriam, qua re tenuerunt Martyres in passione constantiam. (*Id. ibid.*)

Martyrum merita velut Dei dona laudemus, amemus, oremus, subinferamus voluntatem nostram... Ferueat oratio, et festum Martyris celebretur, sed, ut non sit inanis qui celebrat, imitemur. (*S. Petr. Chrys. l. c.*)

Nihil est æque præclarum atque vincula pati propter Deum. Vincit esse propter Christum præclarius est, quam esse apostolum, quam esse doctorem, quam esse evangelistam. Si quis amat Christum..., maluerit esse victus propter Christum, quam habitare cælos. (*S. Joan. Chrys. hom. in ep. ad Ephes.*)

Delicatus es miles, si putas te posse sine pugna vincere, sine certamine triumphare. Exere vires, fortiter dimica, atrociter in prælio isto concerta. Considera pactum, conditionem attende, militiam nosce; pactum, quod spondisti: conditionem, qua accessisti: militiam, cui nomen dedisti. (*Id. serm. de Mart.*)

Nihil ad amplificandam et latius diffundendam religionem aptius martyrio generose suscepto, propter insignem vim tam ardui operis ad bonum prælucentis. (*Clem. Rom. const. 5, d. 5.*)

Martyres Domino nostro Jesu Christo pro omnibus hominibus mortuo tam propinqui sunt imitatione charitatis, quam similitudine passionis. (*S. Leo, serm. de S. Laur.*)

Martyrum fiducia, fortitudo, et tolerantia ex ulceribus et vulneribus Christi. (*S. Bern. serm. LXI in Cant.*)

Sancti Martyres præsentem vitam non despexissent nisi certiores animarum istam subsequi scirent. (*S. Joan. Chrys. in ep. ad Hebr. hom. XX*).

Martyrum sanguis ad multiplicationem Ecclesiæ proficit. (*S. Greg. dial. lib. IV*).

Mori à persequente, martyrium est in aperto opere: ferre vero contumelias, et odientem diligere, martyrium est in occulta cogitatione. (*S. Aug. sup. Psalm. xx*).

Quisquis amat martyrium, exhibeat se martyrio dignum, et martyrii procul dubio consequetur præmium. (*S. Petr. Dam. de S. Barb.*).

## ESQUELETO DEL SERMON

DE

**SAN JUAN NEPOMUCENO,  
PROTOMÁRTIR.**

*Ad hoc veni in mundum, ut testimonium perhibeam veritati.* (*Joan. xviii, 37*).

Para esto vine al mundo, para dar testimonio á la verdad.

1. Guardando la debida proporción dicho texto puede aplicarse á los Apóstoles y á sus sucesores... Observacion de san Agustin... Palabras del mismo... Pero ¿quién lo creyera? en tiempo de paz, en una ciudad católica... el héroe de Bohemia... Tres suertes de verdades... Division de este discurso...

*Primera parte: San Juan Nepomuceno promovió con fervor la verdad práctica ó de instruccion.*

2. Nos, decian los Apóstoles, *testes sumus*, etc. No queda esto sin recompensa porque *Deus testes habere voluit*, etc. Lo que obró Dios en el nacimiento de nuestro Santo... Y ¿quién mejor que Juan hubiera podido...?

3. Símil... Juan estudia en la universidad de Praga sin degenerar de... Era para sus compañeros un espejo de todas las virtudes... Salió de dicha universidad condecorado con todos los grados superiores y... Llamado como Aaron al sacerdocio, fue agregado al Cabildo de la catedral de Praga... Su celo y actividad en...

4. En la cátedra, en el confesonario, en el púlpito, en todas partes se muestra infatigable en la enseñanza de la verdad práctica... Parecida á la de Isafas es la mision de Nepomuceno... Nada es capaz de impedirle su cumplimiento... Rehusa varias dignidades... La caridad le impele á aceptar el empleo de limosnero del rey...

5. Juan encontró á la Bohemia en el mismo estado en que Isafas encontró á la casa de Israel... Pero ¿qué no alcanzan la actividad y las fatigas de...? *Constitui te... ut evellas*, etc. Arrancó el vicio,